CLASSIS DECIMA.

De Trochiſcis.

Agaricus Trochiſcatus.

℞. *Agarici albi & levis Unc. I.*

Cum ſ. q. vini Canarini cui Zinziberis drach. I. ſit infuſa cogatur ſ. a. in Trochiſcos.

Trochiſci albi Raſis, *ſeu* Sief album.

℞. *Ceruſſæ aquâ Roſarum lotæ drach. X.*
Sarcocollæ craſſioris drach. III.
Amyli drach. II.
Gummi Arabici nitidi,
Tragacanthi an. drach. I.
Camphoræ drach. ß.

Pulveriſentur ſ. a. & cum *albumine ovi aquâ Roſarum conquaſſati* fiant *Trochiſci*. Interdum pro arbitrio *Medici* additur *Opium.*

Trochiſci Alhandal.

℞. *Pulpæ Colocynthidis albæ & levis à ſeminibus purgatæ Unc. X.*

Incidatur *Pulpa* hæc minutiſſimè, & cum quantitate ſufficienti *Olei Amygdalarum dulcium recentis* fricetur & pulveriſetur: deindè ſume
Gummi Arabici,
Tragacanthi,

Bdellij an. drach. III.

Quæ ruditer contuſa macerentur in q. ſ. aquæ *Roſarum* donec diſſolvantur, & cum parte lachrymarum ſolutarum formentur *Trochiſci*, qui in umbra ſiccentur: ſiccati iterum minutiſſimè conterantur, & cum reliqua *mucilagine* rursùs formentur *Trochiſci.*

Trochiſci hi nihil aliud ſunt, quàm *Colocynthis præparata* qui imponi poſſunt omnibus compoſitionibus *Colocynthidem* recipientibus: ſicut etiam mos hucuſque obtinuit, ut in ſingulis compoſitis Pharmacis *Colocynthidem* deſiderantibus pro cruda *Colocynthide Trochiſcos* hos ſubſtituamus, quorum quoque uſus in catapotiis acuandis creber eſſe ſolebat.

Trochiſci Alkekengi.

℞. *Fructuum Halicacabi drach. I. ß.*
Sem. Citrulli,
Cucurbitæ,
Melonum an. drach. I. ß. & gr. XV.
Boli Armeni,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Sanguinis, id eſt, *Lachrimæ Draconis,*
Amygdalarum amararum mundatarum,
Pinearum mundatarum,
Succi Glycyrrhizæ,
Amyli,
Sem. Papaveris albi,
Apij,
Hyoſciami,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-160534-p0110-6

Carabes, ſeu *Succini albi*,
Terræ ſigillatæ,
Opij præparati an. drach. I.

Cum *ſucco Halicacabi*, vel *aqua Roſacea* in qua ejuſdem *fructus ſicci* fuerint macerati, fiant ſ. a. *Trochiſci.*

Trochiſci Bechici nigri.

℞. *Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati Unc. II.*
Styracis Calamitæ drach. VI.
Sacchari candi albi drach. X.
Specier. Diatragac. frig. drach. I. ß.
Pulv. Ireos drach. ß.
Lohoch ſani drach. II.
Sacchari Penidij Unc. III.
Sacchari albiſſimi lib. I. & Unc. I. ß.
Mucilaginis Tragacanthi cum aqua Hyſopi factæ quantum ſufficit.

Fiant *Trochiſci.*

Trochiſci de Capparibus.

℞. *Corticum Radicum Capparum*,
Seminum Agni caſti an. drach. III.
Gummi Ammoniaci in guttis drach. II.
Sem. Naſturtij,
Nigellæ,
Fol. Calaminthæ montanæ,
Rutæ,
Rad. Acori,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Succi Eupatorii inſpiſſati,
Amygdalarum amarar. excorticatarum an. drach. I.
Fol. Scolopendrij, id eſt, *Ceterach*,

Rad. Cyperi rotundi,
Rubiæ tinctorum,
Gummi Laccæ an. drach. ß.

Ammoniacum in mortario calido *aceto acerrimò* diſſolve ad mellis conſiſtentiam, cui immiſce *ſuccum Eupatorij inſpiſſatum* & *pulveres*, formando ſ. a. *paſtam*, & ex ea *Trochiſcos*.

Trochiſci de Carabé.

℞. *Carabes Unc. ß.*
Cornu Cervi uſti,
Gummi Arabici toſti,
Tragacanthi,
Coralli rubri uſti,
Succi Acaciæ,
Hypociſtidos,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ,
Sem. Papaveris nigri aſſi an. ſcrup. IV.
Thuris,
Croci,
Opij præparati an. drach. I.
Mucilaginis ſem. Pſyllij aquâ Plantaginis extractæ q. ſ.
Formentur *Trochiſci*.

Trochiſci Cypheos.

℞. *Pulpæ Uvarum paſſarum pinguium à cortice & acinis probè mundatarum.*
Terebinthinæ Cypriæ coctæ an. Unc. III.
Myrrhæ,
Schœnanthi an. Unc. I. ß.

Calami aromatici drach. IX.
Cinnamomi Unc. ß.
Bdellij optimi,
Spicæ Nardi,
Caſſiæ ligneæ,
Radicum Cyperi,
Baccarum Juniperi an. drach. III.
Aſphalati, ſeu *Ligni Aloës an. drach. II. ß.*
Croci drach. I.
Mellis Narbonenſis deſpumati q. ſ.
Vini Canarini modicum.

Myrrha & *Bdellium* terantur in mortario calido cum *Vino Canarino* ad craſſitudinem liquidi mellis, addatur mox *Terebinthina*, deindè *Pulpa ex carne Paſſularum* per ſetaceum extracta; tum *pulveres*, omnia demùm excipiantur *melle deſpumato* ad debitam conſiſtentiam coćto; coganturque in *maſſam* ex qua fiant *Trochiſci*.

Trochiſci Gordonii.

℞. *Sem. quatuor frigidorum majorum enucleatorum,*
Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis excorticati,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Myrtillorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Nucleorum Pineorum mundatorum,
Piſtachiorum,
Sacchari Candi,

Peni-

Penidij,
Glycyrrhizæ raſæ,
Mucilaginis ſeminum Pſyllij,
Amygdalarum dulcium excorticatarum an. drach. II.
Boli Armeni,
Sanguinis, id eſt, *Lachrimæ Draconis*,
Spodij ex ebore,
Roſarum rubrarum exungulatarum,
Myrrhæ an. Unc. ß.

Cum quantitate ſufficienti *Hydromelitis* fiant ſ. a. *Trochiſci.*

Trochiſci Hedychroi.

℞. *Ligni Aſphalathi*, pro quo *Santali Citrini*,
Foliorum Majoranæ,
Mari, pro quo *Dictamni*,
Rad. Azari an. drach. II.
Phu pontici, id eſt, *Rad. Valerianæ maj.*
Coſti,
Calami aromatici, pro quo *Acori veri*,
Ligni Aloës,
Cinnamomi,
Schœnanthi,
Opobalſami, aut *Olei Nucis moſchatæ per expreſſionem an. drach. III.*
Caſſiæ ligneæ,
Folij Malabatri, pro quo *Corticis exterioris Citri ſiccati*,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhæ,
Croci ana drach. VI.
Amomi, pro quo *Acori veri Unc. I. ß.*
Maſtiches drach. I.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-160534-p0114-9
DFG

Vini Canar. quantum ſufficit.

Myrrha diſſolvatur cum *Vino*, mox *Crocus*, & *Maſtiche* probè trita adjiciantur, deindè *Opobalſamum*, tunc reliqua in *pulverem* redacta admiſceantur, *Vino* ſubindè affuſo, & cogantur in *paſtam* ex qua formentur *Trochiſci* in umbra ſiccandi.

Trochiſci de Myrrha.

℞. *Myrrhæ electæ drach. III.*
Lupinorum drach. V.
Fol. Rutæ,
Mentaſtri,
Pulegij Cervini, id eſt, *Dictamni cretici,*
Rubiæ tinctorum,
Semin. Cumini,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opoponacis an. drach. II.

Diſſolvantur *Gummi* in mortario calido, *Aceto Scyllitico*, addendo *ſpecies*, & cum quantitate ſufficienti *ſucci Arthemiſiæ* cogantur in *paſtam*, ex qua formentur *Trochiſci*.

Trochiſci Scyllitici.

℞. *Carnis Scyllæ aſſatæ lib. I.*
Farinæ Orobi albi & non rufi Unc. VIII.

Tere in mortario marmoreo, & fiat *paſta* ex qua formentur *Trochiſci*, qui ponantur in ſuperiore parte ædium meridiem ſpectante in umbra, ſæpiùs obvertendo, donec probè ſiccati fuerint.

Tro-

Trochiſci de terrâ Sigillatâ.

℞. *Terræ ſigillatæ,*
Boli Armeni,
Sanguinis, id eſt, *Lachrymæ Draconis,*
Gummi Arabici toſti,
Roſarum rubrarum exungulatarum,
Amyli toſti,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Lapidis Hæmatitis,
Balauſtiorum,
Coralli rubri,
Carabes ana drach. I.
Spodij ex Ebore,
Margaritarum præparatarum,
Tragacanthi,
Sem. Papaveris nigri an. drach. I. ß.
Sem. Roſarum rubr. ſive *Antheræ drac. I.*
Portulacæ,
Cornu Cervi uſti,
Thuris maſculi,
Conorum Cupreſſi,
Croci an. drach. II.

Cum *ſucco* vel *aqua Plantaginis* fiant *Trochiſci.*

Trochiſci Viperini.

Aliunde petantur.

CLAS-